



Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

VII. De formula disjunctitva appellandi, ad Pontificem, vel ad Concilium.
Quo sensu dixerint interpres appellandum à Papa ad Papam. Melius Ivo,
que à sede ad ipsam sedem configiendum dixit. Quo ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

Vide *Glossarium Pragmaticum* tit. de causulis f. ult. verbo, *Fareb.*

rescissam, & Concordatorum promulgationem, emiserunt à Papa ad ipsum melius consultum vel ad synodum universalem. Sed ex iis formulis constat hæc remedia nunquam adhibita, nisi cùm de causa communī & de manifesta canonum eversione ageretur, quæ universam Ecclesiam Gallicanam respi- ceret.

VII. Porro dubij fuisse videntur majores nostri in formula appellationis istius consti-
tuenda, quam disjunctiva dictione protule-
runt: *Ad Pontificem, vel ad Concilium, ad quem,*
vel ad quos provocandum esset. Hujus formulæ
auctores fuerunt illi qui Philippi IV. Regis
& Gallicanæ Ecclesiæ appellatorum libel-
lum conceperunt anno M C C C I I I, quam
secuti sunt posteri. Quod ab eis consultò fa-
ctum est, cogitantibus duplice remedio ap-
pellationis ad Papam & ad Concilium sub-
veniri posse. Ut enim Principes, et si raro,
ali quando tamen in auditorium suum res ju-
dicatas induci patiuntur; ita ex Innocentio
primo & Nicolao, quorum verba refert
Gratianus, sententia Romane sedis potest in
& melius commutari, cùm subreptum aliquid fue-
rit, aut ipsa pro consideratione statum, vel tem-
porum, seu gravium necessitatum dispensatione,
quædam ordinare disponit. Vnde Ivo malebat
ab ipsa sede ad ipsam confugere Clericos
quam ab Ægypto auxilium petere, id est, à
regia potestate: *Queniam*, inquit, *judiciale*
Romane Ecclesiæ à nemine foris retractari posse;
eadem Romana Ecclesia docente didicimus; si qui
ali quando se pregravatos ipsius Ecclesiæ auctoriti-
tate conqueruntur, hoc eis consilium damus, ut
non descendant in Ægyptum proper auxilium
sed ab ipsa ad ipsam confugiant; & inde expetant
levamen, unde conqueruntur accepisse gravamen
quia que ali quando corrigit paterna severitate
eadem frequenter colligit materna pietate
Quamvis autem remedium istud juris extra-
ordinarium, restitutio in integrum, vel re-
tractatio, aut supplicatio dici deberet; at
tamen ab Interpretibus appellatio à Papa mal
informato ad melius informandum dicta est; ar-
gumento ducto à verbis Vlpiani, qui contra
rescriptum Principis provocari posse dixit
etsi in specie ab Vlpiano proposita rescrip-
tum ad consultationem Præfidis provincialia
qui consulendo mentitus erat, à Principi
datum sit; & appellandi jus tribuatur non
rescripto, sed à sententia Præfidis; non a
Principem, sed ad superiorem magistratum
Satius esset exemplo Machera niti, apud
Plutarchum; qui à dormiente Philippo, a
eundem vigilanter appellabat. His tame-
nissimis, ne controversiam de verbis institui-
re videamus, certum est has appellationes
Papa ad eundem illo seculo suffragiis Inter-

pretum receptas fuisse, quod Ivo aptius confugium ab ipsa ad ipsam dixit; quemadmodum appellations ad futurum Concilium aliquando usurabantur. Itaque non eo consilio disjunctivis verbis appellabant maiores nostri, ac si dubitarent quenam auctoritas Papæ aut Concilij esset appellanda, ut quibusdam visum; sed utroque remedio suis rebus prospicere curabant; scilicet uno in subsidium alterius suffecto. Posset alia ratione eorum consilium explicari; scilicet ad jus cogendi Concilij & ordinandi respexisse, quod Pontifici competit, adeoque sedis apostolicæ auxilium appellationsis formula implorandum videatur; præcipue cum antiquitus mos ille obseruator fuerit ab Eutychie, à Flaviano, & à Chrysostomo, ut etiæ Concilium Oecumenicum appellaverint, libellum tamen appellatorium ad Romanum Pontificem dederint; cuius deinde studio Concilium plenarium cogeretur, cui ipse per se aut per Legatos suos præfasset. Quare Gallicani Episcopi ne temerè ab antiqua consuetudine discederent, formula sua Pontificem, sedem apostolicam, & synodus universalem complexi sunt. Deinde ista verborum conceptione obviam ibant scrupulis cavillationibus quæ à forensibus Magistris, in opinionum dissidio, quod tunc vigebat, moveri potuissent. Disputabar enim eo seculo à Romanis, an Papa superior esset Concilio; & Vlpiano placuerat, ei qui minorem judicem appellasset, errorem officire, atque ideo errantem appellationsis beneficio excidere. Itaque in omnem eventum hac disjunctiva appellatione etiam apud ipsum Romanos sibi consulebant.

VIII. Questionem istam de appellacione ad futurum Concilium, veterum actorum inficiatione, & rationibus aliquot adductis confecit vir eruditus Theologie Professor Andreas Du-Vallius; à quo eas petere licet, si cui methodus nostra plenè non satisfecit. Ex quo auctore hæc verba transcribenda duxi, ut quæ sit hujus sententia constet: *M-
neas itaque hoc ratum & constans, omnem à Summo Pontifice ad Concilium, sive futurum, sive
presentem, appellationem esse prouersus illicitam; idque sive Papa sit infra sive supra Concilium,
cum rationes allate in utraque sententia conclu-
dant. Dices, Principes & Republicas graviter
nonnunquam conqueri se à Pontificibus graves
injurias pati, nullumque ad has depellendas effi-
cacious remedium esse preter provocationem ad
Concilium generale. Respondeo non licere prop-
terea ad Concilium provocare; cum Principes sibi
suisque rebus possint alia via consilere, scilicet
non obediendo mandatis Pontificis; imo si aliter
non possunt sibi succurrere, strenue prudenterque
resistendo,*

⁵⁴ Alexander à Taurac, &c, ecclie, hæc, pag. 26, ill. ad appellari golle à Papa dementie a ipsum vigilanteum.